108)

Postquam adventum tuum Bremae subinde desiderabamus, nec praeter
rumorem de eo ulli quicquam constabat, Goldaste Illustris, à pie-
tate mea alienum arbitratus fui, nihil interea ad Te literarum
dare, maximè quae ejus essent argumenti, ut virtutum tuarum atque
eruditionis gloriam in me concitare possent; et quo quo magis
humanitas tua planè singularis abhorret, atque benevolentia in id
studium fugit, eo magis animatus sum, famigerabilis tuae doctri-
nae aliquas guttulas in me derivare, canalibus quidem iis,
quos autoritas tua sibi elegit: Vota et preces. Itaque rel-
ictis quae ad epistolij ornatum facere solent, Luneburgiam nostram
(cum aliud inter arma non licebat) primis lineis adumbrandam
ad manus mihi sumebam, illa mente, ut hunc laborem priva-
tum ex Chronographis, qui prius idem thema tractaverunt, facile
et sine omni negotio absolvere me posse sperarem. Verum e-
venit, ut statim in ipso limine ab omnibus pariter desertus, ab
instituto meo desistere, eo usque coactus fuerim, usque dum
oraculo tuo edoctus, dubia objecta à me fugem dissipemque. Quae
si ordine recensere [illegible], haec sunt:

Historiam Erphesford. de Landgrav. Thuring. à Pistorio edit. et Lucae
Lossij Chronicon Luneburg. Luneburgum à Luna componentes benè
redarguit Henric. Bünting. in Chron. Brunsv. et Luneburg. Sed benè et
is ab Henrico Meibomio ob arcis etymon notatur. Imo Meibo-
mius fide Herm. Corneri, et Hieron. Hemingesij secutus, dum flu-
vium Ilmenow Luneburgum perlabentem, antiquitus Lunow dictum,
arcique nomen imposuisse autumat, videtur ab Henrico Hector
dicto, scriptore prioribus vetustiore, reprehendi, qui ad Historiam
orrisi Aegidii Ilmenae facit mentionem. Ego apud Regino-
nem et Annal. Fuldenses ~~annotari~~ ad ann. 795. 2 video locum, (qui ex relatione
Annal. Reg. Francor. à Pistor. edit., fuit in agro Bardorum,)
Luneque dici Liuni, Hliuni. Quem si Luneburgo nomen
imposuisse quis existimet, ne non habebit reluctantem. Utrum
vero locus ille, quem veteribus scriptoribus oppidulum locus dictus,
aedificijs ornatus, an terra spatium incultum fuerit hactenus
nulla diligentia pervestigare potui.

1627

Duces Brunsuicenses et Luneburgenses ab Estensibus Italiae Prin-
cipibus descendere vero verius est; Ast hos non ab Atige, sed Lon-
gobardis, populo Germaniae oriri Reineccius in panegyrico de [illegible]
Julij Ducis perfunctorie tradit.

Ex hac familia Otto, in Regem Romanum fuit electus. Cu[illegible]
quidem adscribis in Tomis Constitut. Imper., constitutionem de Sta[illegible]
Principibus Electoribus. Ejus rei rationem hac gratiose me do[illegible]
quo contradicunter digne congestam.

Henricum Leonem Ducem Bajoariae atque Saxoniae Episcopatus [illegible]
sem, Ratzenburgensem et Swerinensem fundasse certum est. Qu[illegible]
fundationis Episcop. Swerin. literis, quas Erpold. Lindenbrog. edidit,
satis superque patescit. Verum historicum Synchronum vide-
derari, qui gnaviter descripserit, quo modo id Regale a Frid[illegible]
Caes. Henricus impetraverit. Utque ejusque literis concessionali[illegible]
id factum minime fuisse, credibile est. Si itaque ea ap[illegible]
gratiose pro humanissima benevolentia in me Tua expete[illegible]
ra.

Praefatus Henricus Leo ex Imperio proscriptus fuit. Literas
scriptionis nemo quod sciam edidit, nisi quas mutilatas D.
Gewoldus in tract. de Septemv. addidit. Ultra integram
copiam dari posset.

Haec quae volebam, erant, Incomparabilis Patrone, quae
la conspirant, ut quaeritur, quandam Illus gratiam co[illegible]
adstruam, modernis Ducibus Brunsvicensib. et Luneb. comp[illegible]
jus et potestatem constituendi Episcopos Lubecenses Ra[illegible]
Swerinenses, ex jure patronatus ab Henrico Leone heredi[illegible]
tatis legitime quaesito? Quia in re Director, adjutor [illegible]
informator mihi his iterum iterumque humiliter [illegible]
quilibet animadvertat, hac in amore Illustrissimae Do[illegible]
Brunsv. et Luneburgensis, e Dua prodijsse pharetra. [illegible]
quo Caesare matura. Vale felicissime [illegible]
suspiciende, Venerande Patrone, et me gratia Tua [illegible]
Dab. Cellis ex aedib. Cancellariae. [illegible]

Illustris Magnific. T.

Et salutationes DDn. Consiliariis
deferendas, et informationes, et
negotia mihi injuncta [illegible] expecto.

[illegible]

Michael [illegible]

Praes. d. 12. April.

Dem Edlen, Vesten, Hochgeach-
ten und hochgelarten, herrn,
Melchiori Goldasto von Haimins-
feld, Gräfflichen Schaumbur-
gisch. Rath, zur Bückeburg s.
Meinem großgünstigen gepieten-
den lieben herrn.

Franckfurt

Bückeburg.